Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mis. sci Alexandri. qui et ipse unus extitit ex legione thebeorum.
Que cum maximianus idolis cogeret sacrificare. calce subvertit
mensam. in qua sacrificia posita erant. et sic accepta sententia.
capitale subiuit penam. Autissiodori. Eleutherii epi.
xi. A vi. K. Sept. Apud capuam. nat sci Rufi mris. Quem docuit
et baptizavit beatus Apollinaris. petri apli discipls. cum esset idem
rufus patricie dignitatis. Thomis nat scorum mrm. Marcellini
tribuni. et uxoris eius Mannee. et filii ipsius Iohis. et Serapionis cle
rici. et Petri militis. Eodem die scorum. Georgii diaconi. Aurelii.
felicis. Natalie et Liliose. Quorum primus. mire abstinentie
monachus. ab ierosolimis cordubam veniens. cum reliquis ex
eadem urbe claro genere ortis. adoptatum sequi; a domino premonstra
tum meruit assequi mrium. Civitate arelatensi. sci Cesarii epi.
mire sctitatis et pietatis. Augustiduni sci Siagrii epi et confess.
xix. B v. K. Septemb. Rome nat beati Hermetis viri illustris. qui
ut in actibus Alexandri pape legitur. primo carcerali custodie
mancipatus. deinde gladio cedente. mrium adeptus est.
Constantinopoli sci Alexandri epi et confessoris. gloriosi senis.
cuius virtute orationis. arrius divino iudicio condempnatus est. In affri
ca depositio sci Augustini epi. Qui primo de sua civitate propter
barbaros sardiniam translatus. nuper a Liuprandro rege longo
bardorum. ticinis relatus. et honorifice conditus est. Ipso die sci
Iuliani mris. Qui tempore persecutionis. hortatu beati ferreoli. ex
uiennensi urbe. clandestino discessu ad territorium urbis ar
verne commigravit. ubi tandem desecto gutture. morte horribili
necatus est. Apud sanctonas. sci Iubiani epi et confessoris. Eodem die.
natale sci Pelagii MARTYRIS.